


R.473687



SECUNDVRAR.





VERALIS.

F GBT	GBT I	BIKT
F GTF	GBTG	BITB
F GTG	GBTB	BITI
F GTB	GBT I	BITK
FBT F	GITG	BKTB
FBTG	GITB	BKTI
FETB	GIT I	BKTK
FT FG	GTGB	BTBI
FT FB	GTG I	BTBK
FT GE	GTB I	BTIK
GBT F	BITG	IKTB
GBTG	BITB	IKT I
GBTB	BIT I	IKTK
GT FG	BTGB	ITBI
GT FB	BTG I	ITBK
GT GB	BTB I	ITIK
B TFG	ITGB	KTBI
B TFB	ITGI	KTBK
B TGB	ITBI	KTIK
TFGB	TGB I	TBIK

ARS

B R E V I S I L L V M I-
N A T I D O C T O R I S M A G I-
S T R I R A Y M V N D I L V L L . Q V A E
est ad omnes scientias paucō & breui tem-
pore allequendas introductorium & bre-
uis via, vna cum figuris illi materiae deser-
uientibus, necnon & illius scientiæ appro-
batione. In cuius castigatione attendat le-
ctor quām castigatissimè Magister Bernar-
dus de lavinhetæ artis illius fidissimus in-
terpres insadat. Quia si clementum aut
demas, aut addis (ipsum vel iota) totius rei
summam immutas, & ad alios artis huius-
ce libros quæ propediem in eadem faculta-
te sumus emissuri te reddis inhabilem.



P A R I S I I S ,
Apud Ægydium Gorbinum, sub insigni
Spei, è regione Collegij Cameracensis.

1578.

Digitized by Google





Hoc est translatum fideliter,
sumptum à quibusdam litteris
sigillo cereo dependenti
Curiæ Parisiensi. sigillatis, qua
rum quidem litterarum quæ
in pergameno scriptæ sunt:
tenor in omnibus sic se ha
bet.



Niueris presentes litteras inspecturis. Officiale
lis curiæ Parisiensi. in domino salutem. Noue
rint vniuersi quod in presentia magistri Ioā.
de Salmis, & Michae
lis de ionque. i o nostro
rum clericorum iuratorum, quib: s in his &
A ij

APPROBATIO ARTIS.

maioribus fidem indubian adhibemus : &
quibus quo ad hæc commisimus tenore pñ-
tium vices nostras propter hoc personaliter
constituti : Magister Martinus in medecina.
Magister Ioannes Scotus in artibus magist.
Raymundus de biterue in medicina bacallari-
rius. Frater Clemens prior seruorum sanctæ
Mariæ Parisien. Frater Amasius eiusdem lo-
ci, magister Petrus Burgundus in artibus ma-
gister. Egidius magister in artibus de valle
spouete. Matheus guidonis bacallarius in ar-
tibus. Petrus Julianus. Ioannes de lunastro
bacallarij in artibus. Gaufridus de meldis.
Petrus de parisius. Bertrandus de frisia. Gilabertus de normania. Laurentius de hispania.
Guillermus de scocia. Henricus de bur-
gundia. Ioannes normanus bacallarius in ar-
tibus, ac magister Egidius, & plures alij us-
que ad numerum quadraginta, in dictis sci-
entiis experti asseuerunt per eorum iuramenta:
non vi, dolo, metu vel fraude ad hoc inducti
sed sua spontanea voluntate ad requisitionē
magistri Raymundi lull. catalani de maiori-
cis quod ipsi à docto magistro Raymundo
audiuerunt per aliqua tempora artem, seu
scientiam, quam dicitur fecisse seu adinuc-
nisse idem magister Raymundus: quæquidem

APPROBATIO ARTIS.

ars, seu scientia sic incipit.

Deus cum tua gratia, sapientia, & amore,
incipit ars breuis quæ est imago artis quæ sic
intitulatur.

Deus cum tua summa perfectione. Incipit
ars generalis vltima.

Ratio quare facimus istam artem breuem,
est vt ars magna facilius sciatur. Nam scita
ista, Ars supradicta, & etiam aliæ artes de fa-
cili potuerunt addisci &c. Et sic terminatur.
Ad honorem & laudem dei & publicæ vtilita-
tis finiuit Raymundus hunc librum Pysis in
monasterio sancti Do.in mense Ianuarij.an-
no. M. C C C V I I. incarnationis domini
nostrri Iesu Christi. Asseuerunt etiam dicti
magistri, & omnes alij, vt prædictur per eo-
rum iuramenta coram præfatis iuratis no-
stris, quod dicta ars seu scientia, erat bona,
vtilis, & necessaria, prout ipsi perpendere po-
terant, seu etiam iudicare, & quod in ea ni-
hil erat contrâ fidem Catholicam seu etiam
dictæ fidei repugnantia. Multa autem ad su-
stentationem dictæ fidei & pro ipsa facien-
tia. In dicta scientia, seu arte vt dicebant po-
terant inueniri. Præmissa autem facta, & acta
ac etiam testificata ab ipsis magistris, & ba-

A iii.

APPROBATIO ARTIS.

callariis ut preactum est coram prefatis clericis iuratis nostris fuerūt in domo quam ad presens inhabitat: idem magister Raymundus lull. in vico bucarie Parisiens. ultra paruum pontem, versus Secanam, prout ipsi iurati nostri nobis retulerunt oracula viuæ vocis Ad quorum relationem sigillum praedictæ Parisiens. Curiæ duximus litteris presentibus apponendum in testimonium præmissorum. Datum anno Domini. M. C C C. Nono die Martis post octauas festi Purificationis beatæ virginis gloriosæ Mariæ. De Ionquierio. Sigillum Iacobi de gradu notarij maioris testis. Sigillum Arnaldi de sancto Martino notarij majoricis testis. Sigillum Iacobi attorneyis notarij publici qui hoc traslatum fideliter translatauit, & clausit, videlicet vj. kalendas Maij. Anno Domini MCCCXIII. Sigillum Bernardi Iuzolli notarij publici Majoricis testis dicti translati, & Sigillum Bernardi de oliuis notarij Majoricis testis.

P R O L O G V S.

Deu s cum tua grātia, sapientia, & amore. Incipit ars breuis quæ est imago artis generalis, quæ sic in titulatur. Deus cum tua summa perfectione. Incipit ars generalis ultima.

P R O L O G V S.
D E P R O L O G O.

Ratio quare facimus istam artem breue est vt ars magna facilius sciatur, nam sci-
ta ista arte supradicta & etiam aliæ artes de
facili possunt sciri & addisci. Subiectum hu-
ius artis est respondere de omnibus questio-
nibus supposito quod sciatur quid dicitur
per nomen. Et diuiditur iste liber in xij. par-
tes in quas similiter ars magna est diuisa.
Prima pars est de alphabeto. Secunda de fi-
guris. Tertia de definitionibus. Quarta de re-
gulis: Quinta de tabula. Sexta de euacuatione
tertiæ figuræ. Septima de multiplicatione
quartæ figuræ. Octaua de mixtione princi-
piorum & regularum. Nona de nouem sub-
iectis. Decima de applicatione. Undecima de
questiōnibus. Duodecima de habituatione.
Tertiadecima de modo docendi hanc artem.
Et primo de prima dicimus sic.

D E P R I M A P A R T E Q VÆ E S T
D E A L P H A B E T O H V I V S A R T I S.

Alphabetum ponimus in hac arte ut
per ipsum possimus facere figuræ, &
etiam miscere principia & regulas ad
inueniendam veritatem, nam per unam lit-
A iiiij

ARS ILLUMINA. DOCT.

teram habentem multa significata intellectus est magis generalis ad respiciendum multa significata & etiam ad faciendum scientiam.

Et ipsum quidem alphabetum oportet cor derenus scire. Aliter enim artista arte ista non poterit bene vti.

B. significat bonitatem: differentiam: vtrum: deum, Iustitiam, & auaritiam.

C. significat magnitudinem: concordiam.

Quid angelum: prudentiam & gulam.

D. significat durationem: contrarietatem: de quo: celum: fortitudinem: & luxuriam.

E. significat potestatem: principium: quare: hominem: temperantiam: & superbiam.

F. significat sapientiam: medium: quantum: imaginatiuam: fidem: & accidiam.


G. significat voluntatem: finem: quale: sensitiuam: spem: & inuidiam.

H. significat virtutem: majoritatem: quando, vegetatiuam: caritatem: & iram.

I. significat veritatem: æqualitatem: ubi: elementatiuam: patientiam: & mendacium.

K. significat gloriam: minoritatem: quomo do: & cum quo: instrumentatiuam: pietatem: & inconstantiam.

PRIMA FIGVRA.



ARS ILLVMINATI DOCT.

DE SECUNDA PARTE QVAE EST DE FIGVRIS ET primo de prima.



Ars ista in quatuor partes diuiditur: videlicet in quatuor figur as, prima figura est de A. ipsa quidē figura continet in se nouem principia: videlicet bonitatem, magnitudinē-

&c. & nouem litteras, videlicet b .c.d.e.&c.

Ipsa quidem figura est circularis eo quod subiectum mutatur in prædicatum, & econuerso, vt cum dicitur bonitas est magna, & magnitudo est bona, & sic de aliis. In ipsa quidem figura, inquirit artista naturalem coniunctionem inter subiectum & prædicatum, dispositionem & proportionem, vt ad faciendum conclusionem possit medium inuenire. Quodliber enim principium per se sumptum est omnino generale, vt cum dicitur bonitas & magnitudo, quando autem vnum principium contrahitur ad aliud, tunc ipsum est subalternatum, vt cum dicitur bonitas magna, &c. & quando contrahitur ali-

ARS ILLVMINA. DOCTO.

quod principium ad singulare, tūc est principium specialissimum vt cū dicitur bonitas Petri est magna, & sic intellectus habet scalam ascendendi & descendī à principio omnino generali ad non omnino generale: nec omnino speciale , & à principio non omnino generali , nec omnino speciali ad omnino speciale, & sic de ascensu istius sca-
lē potest dici suo modo.

In principiis istiis figuræ est implicatum quicquid est, nam quicquid est , aut est bonum aut magnum &c. sicut deus & an-
gelus, qui sunt boni & magni&c. quapropter quicquid est reducibile, est ad principia sa-
pradicta.

ARS ILLVMINATI DOCT.

DE SECUNDA FIGVRA
PER T. SIGNIFICATA.

Secunda figura est per T. nominata, ipsa quidem figura continet in se tres triangulos, & quilibet est generalis ad omnia.

Primus triangulus est de differentia concordantia: contrarietate in quo cadit quicquid est secundum suum modum: nam quicquid est, aut est in differentia, concordantia, aut contrarietate: & extra ista principia non est aliquid reperire.

Sciendum tamen est, quod quilibet angulus istius trianguli habet tres species: nam differentia est inter sensuale & sensuale, ut puta inter lapidem & arborem. Iterum inter sensuale & intellectuale, ut puta inter corpus & animam. Adhuc inter intellectuale & intellectuale: sicut inter animam & Deum: aut inter angelū & angelum, aut inter Deum & angelum, & sic de concordantia & contrarietate potest dici suo modo. Et ista differentia existens in quolibet angulo istius trianguli est scala intellectus, per quam in se ascendi & descendit, ut medium naturale inter

ARS ILLUMINA. D' OCT.

subiectum & prædicatum possit inuenire cum quo medio possit concludere & propositionem declarare, & sic de scala concordatiæ & contrarietatis potest dici suo modo.

Alius triangulus est de principio, medio, & fine in quo cadit quicquid est, nam quicquid est aut est in principio, aut in medio, aut in fine, & extra ista principia nihil est inventibile.

In angulo principii causa significat causam efficientem, materialem, formalem & finalem, Per quantitatem autem & tempus significantur alia nouem prædicamenta & ea quæ ad ipsa reduci possunt.

In angulo medij, sunt tres species medij, ut puta medium coniunctionis quod existit inter subiectum & prædicatum, sicut quando dicitur, homo est animal. Inter hominem enim & animal sunt media, videlicet vita & corpus suum, sine quibus non potest esse animal.

Item est medium mensurationis quod existit per actum existentem inter agentem & agibile, sicut amare inter amantem & amabilem. Et adhuc est medium extremitatum sicut linea existens inter duo puncta, & iste angul⁹ medij est generalis scala intellectui.

Anguli finis tres sunt species.

M A G I S T R A Y M V N . L V L L .

Prima est finis priuationis qui quidem significat habitum priuatum , & ea quæ sunt in tempore præterito.

Secunda species est finis terminationis , qui significat metas ut sunt duo puncta , in quibus linea terminatur , sicut amare in amante & amato.

Tertia species est finis perfectionis , qui est finis ultimus , sicut homo , qui est ut multiplicet suam speciem , & ut deum intelligat , diligat , recolat , & amet , & huiusmodi & iste angulus finis est scala generalis intellectui.

Tertius triāgulus est de maioritate , æquilitate , & minoritate , & est generalis ad omnia secundū suū modū , nā quicquid est aut est in maioritate aut in æqualitate aut minoritate.

Maioritas habet tres species .

Prima est quando est maioritas inter substantiam & substantiam , ut puta substantia cœli , quæ est maior quam substantia ignis .

Secunda species est quando est maioritas inter substantiam & accidens , sicut substantia , quæ est maior sua quantitate , substantia enim per se existit , accidens vero nequaquam .

M A G I S . R A Y M V N . L V L L .

Tertia species est , quando est maioritas inter accidēs & accidens, sicut intelligere quod est maius quā videre , & videre quām currere. Et sicut dictū est de maioritate: ita potest dici de minoritate : nam relatiuē se habet.

Angulus de æqualitate habet iij species.

Prima est, quando res sunt æquales substantialiter, sicut Petrus & Martinus , qui sunt æquales in substantia.

Secunda species est quando substantia & accidens coequantur sicut substantia & sua quantitas.

Tertia species, est quando est equalitas inter accidens & accidens , sicut intelligere & amare quæ sunt æqualia in obiecto: & iste angularis de æqualitate est scala intellectui , per quā ipse ascendit & descendit, vt in aliis triangulis dictū est: & quando intellectus ascēdit ad obiecta generalia ipse est generalis, quādo autē descēdit ad particularia, est particularis.

Ista figura de T. est seruiens primæ figure. nā per differentiā distinguitur inter bonitatem & bonitatē: & magnitudinē & magnitudinem &c.

Et per hāc figurā iūctā primæ figuræ intellectus acquirit scientiā, & quia ista figura est generalis, idcirco intellectus est generalis.

TERTIA FIGVRA.

BC	CD	DE	EF	FG	GH	HI	IK
BD	CE	DF	EG	FH	GI	HK	
BE	CF	DG	EH	FI	GK		
BF	CG	DH	EI	FK			
BG	CH	DI	EK				
BH	CI	DK					
BI	CK						
BK							

MAGIST. RAYMVN. LVLL.
DE TERTIA FIGVRA.

Tertia figura composita est ex prima & secunda, nam b. quod est in ipsa valet b. quod est in prima & se cunda figura, & sic de aliis litteris, ipsa ha bet in se xxxvj. cameras ut patet in ipsa, quilibet camera multa & diuersa habet significata per duas litteras in ea contentas sicut ca mera b.c multa & diuersa significata habet per b.c. similiter camera.b.d multa & diuer sa significata habet per b.d. &c. & b. iā patet in alphabeto antedicto, in qualibet camera sunt duæ litteræ in ea contentæ ipse significant subiectum & prædicatum in quibus ar tista inquirit medium cum quo subiectum, & prædicatum coniunguntur sicut bonitas & magnitudo quæ coniunguntur per concordantiā & huiusmodi, cum quo medio artista intendit concludere & propositionem declarare. In ipsa figura significatū est quod unum quodque principium cuilibet princi pio attribuitur sicut. B. cui attribuitur t.d. & c attribuitur b.d &c. ut patet in figura.

Ratio huius est ut intellectus cum omni bus principiis cognoscat quodlibet principi um ut ad eandem conclusionem adducat

M A G I S T . R A Y M V N . L V L L .

multas rationes, & de hoc volumus dare exemplum de bonitate de qua subiectum facimus, de aliis autem principiis prædicatū.


Bonitas est magna, bonitas est durans, bonitas est potens, bonitas est scibilis, bonitas est amabilis, bonitas est virtuosa, bonitas est vera, bonitas est gloriosa, bonitas est differens, bonitas est concordans, bonitas est contrarians, bonitas est principiās, bonitas est medians, bonitas est finiens, bonitas est maiorificans, bonitas est coequans, bonitas est minorificans. Et sicut diximus de bonitate, ita potest dici de alijs principiis suo modo.

Figura ista est valde generalis cum qua intellectus est valde generalis ad faciendū scientias.

Conditionis uius figuræ est, quod una camera non sit contra aliam, sed ad inicem concordent in conclusione sicut camera b. c. & sic de aliis, cum tali quidem conditione intellectus conditionat se, & facit scientiam.

D E Q V A R T A F I G U R A .
Bij

QVARTA FIGVR A.



ARS ILLVMIN. DOCTO.



Varta figura habet tres circulos, quorum superior est immobilis, duo autem inferiores sunt mobiles, vt in figura patet.

Circulus medius voluitur sub circulo superiore immobili, vt puta quando ponitur c. sub b. circulus autem inferior voluitur sub circulo medio, sicut quando ponitur d. sub c. & tunc temporis formant nouen camerae b.c.d. est una camera. c.d.e. est alia, & sic de aliis deinceps. e. circuli minoris ponatur sub c. circuli mediocris, & tunc temporis formantur aliæ nouen camerae. b.c.e. est una camera. & c.d. f. alia.

Et cum omnes litteræ circuli minoris erūt discursæ cum b. circuli maioris: & cum c. circuli mediocris, tunc temporis. c. est medium inter b. & d. eo quia b. & d. participant inter se adinuicem per significata de. c. & sic de aliis cameris, & sic per media camerarum homo venatur necessarias conclusiones & inuenit illas. Iterum discurrantur litteræ cum b. eiusdem circuli maioris, & cum d. circuli mediocris, & sic de aliis circuli mediocris, & circuli inferioris mutando illas. b. circuli maioris

B iiij

ARS ILLVMIN. D O C T.

ris existente immobili, vsquequo perueniat
tur cum b. circuli maioris ad i. circuli me-
diocris, & ad k circuli inferioris, & fierent
ducentæ quinquagintaæ, & duæ cameræ.

Figura ista generalior est quā tertia, quia
in qualibet camera istius tertiae figuræ sunt
tres litteræ, sed in qualibet camera tertiae fi-
guræ non sunt nisi duæ litteræ, ideo intellectus
est generalior per quartam figuram,
quām per tertiam.

De conditione quartæ figuræ est quod in
tellectus applicet illas litteras ad propositū
quaꝝ videntur magis applicabiles proposito
facta camera de triibus litteris recipiat signifi-
cata litterarum respiciendo conuenientiā
existentiā inter subiectū, & prædicatū, evitando
inconuenientiā, & cum ista cōditiōe
intellectus facit scientiā per quartā figuram,
& habet multas ratiōes ad eadē cōclusionē.

Diximus de quatuor figuris quas conde-
tenus oportet scire, sine quibus artista hac
arte non potest uti neque practicare.

DE DIFFINITIONIBVS QVÆ

EST TERTIA PARS.

In hac arte sua principia diffiniuntur, vt
per diffinitiones ipsa cognoscantur, & vt
ipsis homo vtratur affirmādo, aut negādo ta-

M A G I S . R A Y M V N . L V L L .
li modo quod diffinitiones remaneat illæsc.
Et cum talibus conditionibus intellectus
facit scientiam & inuenit media.

Et frangit ignorantia quæ est sua inimica.

Bonitas est ens ratione cuius bonum agit
bonum, & sic bonum est esse, & malum non est.

Magnitudo est id ratione cuius bonitas,
duratio &c. sunt magnæ, ambiens omnes
extremitates essendi.

Duratio est id ratione cuius bonitas ma-
gnitudo &c. durant.

Potestas est ens ratione cuius bonitas ma-
gnitudo possunt existere & agere,

Sapiëtia est id ratiōe cui sapientis intelligit.

Voluntas est id ratione cuius bonitas ma-
gnitudo &c. sunt desiderabiles.

Virtus est origo unionis bonitatis magni-
tudinis, & cæterorum principiorum.

Veritas est illud quod est verum de boni-
tate magnitudine &c.

Gloria est ipsa delectatio in qua bonitas
magnitudo &c. quiescunt.

Differētia est id ratione cuius bonitas &c
sunt rationes inconfusæ siue claræ.

Concordantia est id ratione cuius bonita-
&c. in uno & in pluribus concordant.

B iiiij

ARS ILLUMINATI DOCT.

Contrarietas est quorumdam mutua resistentia propter diuersos fines.

Principium est id quod se habet ad omnia ratione alicuius prioritatis.

Medium est subiectum in quo finis influit principio, & principium refluit fini: & est sapiens naturam utriusque.

Finis est id in quo principium quiescit.

Maioritas est imago immensitatis bonitas magnitudinis &c.

Aequalitas est subiectum in quo finis concordantiae bonitati &c. quiescit.

Minoritas est ens circa nihil.

Diximus de diffinitionibus principiorum quas opportet scire cordetius: ignoratus enim diffinitionibus ars est indocibilis.

DE QVARTA PARTE QVÆ

EST DE REGVLIS.

REgulae huius artis sunt decem questiones generales, ad quas reducuntur omnes aliæ questiones quæ fieri possunt: & sunt istæ.

Vtrum sit, quid est, de quo est, quare est, quantum est, quale est, quando est, ubi est, quomodo est, & cum quo est.

M A G I S T . R A Y M V N . L V L L .

Quælibet istarum quæstionum habet suas species.

Verum habet tres species, videlicet dubitatiuam, affirmatiuam, & negatiuam, ut intellectus in principio supponat utramque partem esse possibilem, & non liget secum credere quod naturaliter non est suus actus, sed intelligere, & ita accipiat illam pattem cum qua habet maius intelligere: nam oportet illam esse veram.

Quid habet quatuor species.

Prima est diffinitiuam, sicut quando quæritur quid est intellectus?

Et respondendum est, quod ipse est illa potentia cui propriè competit intelligere.

Secunda species est quando queritur intellectus quid habet in se coessentialiter.

Et respondendum est quod habet sua correlativa, scilicet intellectuum intelligibile, & intelligere, sine quibus esse non potest: esset enim sine ipsis ociosus & indigens natura, fine & quiete.

Tertia species est quando queritur quid est ens in alio. Sicut quando queritur. Quid est intellectus in alio. Et respondendum est quod est bonus intelligentis in bonitate, & magnus intellectus in magnitudine &c. & in gram-

M A G I S . R A Y M V N . L V L L .
matica grammaticus, & in logica logicus, in
rethorica rhetoricus &c.

Quarta species est quando queritur quid
habet ens in alio, ut cum dicitur. Quid ha-
bet intellectus in alio. Respondendum est
quod in scientia intelligere, & in fine se credere.

Regula de quo habet tres species.

Prima est primitiva, sicut quando dicitur
intellectus de quo est. Et respondendum est
quod de se ipso, eo quia non deriuatur ab
aliquo generali naturaliter.

Secunda species est quando queritur spe-
cialiter de quo est ens, sicut quando queri-
tur de quo est intellectus. Et respondendū
est quod est de forma sua, & suamateria spe-
cificis, cū quib⁹ habet intelligere specificū.

Tertia species est quando queritur cu-
iū est ens possessione, sicut quando queri-
tur cui⁹ est intellect⁹. Et respondendū est qđ
est hōis sicut pars sui tot⁹, & equus sui dñi.

Quarta regula, scilicet quare habet duas
species, scilicet formalem & finalem.

Formalis quando queritur ens quare est.
sicut quando queritur intellectus quare est.
Et respondendum est quia est de sua mate-
ria, & de sua forma specificis, cū quibus ha-
bet specificum intelligere, & cum ipsis agit

M A G I S . R A Y M V N . L V L E .

per suā speciē. Secunda species est respectū finis, sicut quādo quæritur intellectus qua-re est. Et respondendū est vt sint obiecta in telligibilia, & vt de reb' sciētia haberi possit

QVinta regula quærit de quātitate, & ha-bet duas species. Prima est quādo que-ritur de quantitate cōtinua, vt cum dicitur, quantus est intellectus. Et respondendū est quod tantus quantus per spiritualem quan-titatē esse potest, non autem est quantus punctualiter sive linealiter. Secunda species est quando quæritur de quantitate discreta vt cum dicitur quātus est intellectus. Et res-pondendum est tantus quo sunt sua corre-latiua in quibus sua essentia est diffusa & substentata, videlicet intellectuum, intelli-gibile, & intelligere, cum quibus est theori-cus, & practicus generalis & particularis.

Sexta regula est de qualitate, & habet 2. species. Prima est quādo quæritur q̄ est p̄pria & primaria qualitas itelle&t'. Et res-pōdēdū est q̄ intelligibilitas cū qua ipsa est habituat'. Intelligere autē extrīsecū est p̄-prietas secūdaria & magis remota cū qua ip-se itelle&t' intelligit hominē aut leonē &c. Ex quo intelligere intrīsecū & substātiale ipsi' i-telle&t' est habituatū. Et si'l'r de intelligibili extrinseco.

M A G I S T . R A Y M V N . L V L L .

Secunda species est quando quæritur quæ est appropriata qualitas ipsius intellectus. Et respondendum est, quod credere vel dubitare, aut supponere. Non enim isti actus conueniunt intellectui propriè, sed intelligere.

Septima regula quærit de tempore, & habet xv. species, ut patet in arte magna per literas c.d.k. significatas. Sed quia hec ars est breuis, ideo sub breuibus verbis tractamus ipsam regulam, sicut quādo quæritur per quē modum intellectus est in tempore, cum ipse nō sit pūctualis neque linealis. Ad quod respondēdū est, quod intellectus est in tempore quia est inceptus & nouus, & consistit in tempore, successiūe: mediante motu corporis cū quo est coniunctus.

Octaua regula quærit de loco, & habet xv. species per regulas c.d.k. significatas, ut patet in arte magna, sicut quando queritur intellectus ubi est. Ad hoc breuiter respondendum est quod ipse est in subiecto in quo est, sicut pars in suo toto, non autē conclusus, sed diffusus est in illo, intellectus enim nō habet essentiam pūctuale, nec lineale, nec superficie.

k. Continet duas regulas, videlicet modalēm, & instrumentalem.

Regula modalitatis habet iiiij. species, sicut

ARS ILLUMINATI DOCT.

quando queritur, quomodo est intellectus & quomodo est pars, & pars in parte, & pars in toto, & totū in suis partibus, & quomodo totū trāsmittit extra se suam similitudinem. Ad quod respōdendū est quod est subiectuē per illū modū per quē est deductus per species supradictas, & intelligit per illum modū quē habet in inueniendo mediū existēs inter subiectum & prædicatum in figuris de signatum, multiplicādo species peregrinas à sensu & imaginatione abstractas, & in suo proprio intelligibili sunt catarizatæ & intellectæ.

Secunda regula k. habet quatuor species, vi
delicet quando quæritur intellectus cum quo
est, & cum quo pars est in parte, & partes in
toto, & totum in partibus suis, & cū quo trās
mittit suā similitudinē extra. Ad quod respō-
dēdum est, quod ipse est cū suis correlatiis
sine quib⁹ nō potest esse nec intelligere. Intel-
ligit enī cū speciebus peregrinis, de quib⁹ fa-
cit instrumentū ad intelligēdū. Dixim⁹ de re-
gulis cū quibus intellectus soluit quæstiones:
deducēdo eas per regulas, respiciēdo quid si-
gnificat regula, & eius species subiectuē de-
ducēdo quæstionē per principia & regulas in
tellectu obiectāte illā quæstionē dubitalē cū
diffinitionibus principiorū eligēdo, intelligē-
do intelligibiliter affirmatiuā aut negatiuā,
& quod ipse intellect⁹ sita dubitatiō separat⁹.

ARS ILLVMINA. DOCTO.

DE QVINTA PARTE QVÆ EST DE TABVLA.

TAbula ista est subiectum in quo intellectus se facit vniuersalem, eo quia intelligit & abstrahit ab ipso multa particularia omnium materierum discurrendo principia per particularia obiectiuè, applicando cui libet quæstioni xx rationes declarando ipsa quæstionem, & à qualibet camera ipsius columnæ abstrahitur una ratio.

Tabula habet septem columnas ut patet, in quibus implicantur octuaginta quatuor columnæ explicatæ in aite magna. In ipsa tabula T. significat quod litteræ quæ sunt à parte ante. T. sunt de prima figura, & quæ sunt post, sunt de secunda figura. Per tabulam ipsam intellectus est ascensiuus & descensiuus. Ascensiuus est qui ascendit ad priora & generaliora. Et est descensiuus, quia descendit ad posteriora & particularia. Adhuc est copulatiuus, eo quia copulat columnas sicut columnæ b.c.d. copulatur cum columnæ c.d.e. & sic de aliis.

ARS ILLVMINATI DOCT.

DE VI. PARTE QVÆ EST DE EVACVATIONE TER- tiæ figuræ.

N tertia figura intellectus euacuat cameras, eo quod abstrahit ab ipsis tantum quantum potest recipiendo à qualibet camera ea quæ significant literæ, ut applicet illa significata ad propositum, & sic facit se applicatuum, inuestigatiuum, & inuentiuum, & de hoc dabimus exemplū de vna camera. Et sicut sequitur de illa, ita sequetur de aliis.

De camera. B.C. Intellectus haurit xij. propositiones dicendo sic, Bonitas est magna: bonitas est differens, bonitas est concordās. Magnitudo est bona, magnitudo est differēs, magnitudo est concordans. Differentia est bona, differentia est magna, differentia est concordans. Concordantia est bona, concordantia est magna, concordantia est differens. Factis istis xij. propositionibus mutando subiectum in prædicatum & econuerso, sic camera est euacuata ipsis propositionibus.

Deinde euacuet eam xij. mediis, & dicuntur media, eo quia consistant inter subiectū &

M A G I S . R A Y M V N . L V L L .
& prædicatum cum quibus conueniunt ge-
nere aut specie. Et cum illis medii intelle-
ctus facit se disputarium & determinatiuum.

Et facta dicta euacuatione intellectus e-
vacuet ipsam cameram xxviii. quæstionibus
eo quia in qualibet propositione sunt duæ
quæstiones implicatae. Et hoc sic bonitas est
magna. Vtrum bonitas sit magna. Quid est
bonitas magna. Bonitas est differens. Vtrum
bonitas sit differens. Quid est bonitas dif-
ferens. Bonitas est concordans. Vtrum boni-
tas sit concordans. Quid est bonitas concor-
dans. Magnitudo est bona. Vtrum magni-
tudo sit bona. Quid est magnitudo bona.
Magnitudo est differens. Vtrum magnitu-
do sit differens. Quid est magnitudo diffe-
rens. Magnitudo est concordans. Vtrum
magnitudo sit concordans. Quid est ma-
gnitudo concordans. Differentia est bona.
Vtrum differentia sit bona. Quid est diffe-
rentia bona. Differentia est magna.

Vtrum differentia sit magna.
Quid est differentia magna. Differentia est
concordans. Vtrum differentia sit concor-
dans. Quid est differentia concordans.
Concordantia est bona. Vtrum concordâ-

C

ARS ILLUMIN. DOCTO.

tia sit bona. Quid est concordantia bona.
Concordantia est magna. Vtrum concordan-
tia sit magna. Quid est concordantia magna.
Concordantia est differens. Vtrum concor-
dantia sit differens. Quid est concordantia
differens. Facta ista euacuatione quæstionū
tunc intellectus euacuet cameram cum diffi-
cationibus bonitatis & magnitudinis, & cum
tribus speciebus differentiæ & concordantiaz,
ut patet in secunda figura.

Deinde euacuet cameram cum tribus spe-
ciebus regulæ B. & cum quatuor speciebus
regulæ C. & expedita ista euacuatione intel-
lectus soluat prædictas quæstiones in illa e-
vacuatione, sequendo conditiones camætæ,
affirmando aut negando, et sic intellectus ex-
pellit de camera dubitationes et consistit in
illa quietus et assertius, et etiam cognoscit
se valde generalem et artificiatum, et de ma-
gna scientia habituatum.

MAGIS. RAYMUN. LVE.

DE MUL TIPLICATI ONE
QUARTA FIGVRÆ.
pars vij.

Multiplicatio quartæ figuræ consistit
in hoc, videlicet quod prima came-
ra. b. c. d. in quaesta figura sive tabula signi-
ficat quod b. unam conditionem habet cum
c. & aliam cum d. & c. unam conditionem
habet cum b. aliam cum d. & d. unam con-
ditionem habet cum b. aliam cum c. & sic
sunt in ipsa camera sex conditiones cum
quibus intellectus se conditionat & dispo-
nit ad inuestigandum & intuerendum &
obiciendum & probandum & ad determi-
nandum.

Post istas sex conditiones intellectus ac-
quirit alias sex conditiones volvendo circu-
lum minorem ponendo suum e. sub. c. cir-
culi mediocris sub quo erat suum. d. & quia
mutata est camera, ideo mutantur eius con-
ditiones, & sicut intellectus habituat se xv.
conditionibus, & sic per alias cameras mul-
tiplicando columnas & volvendo illas,

Conditiones quas intellectus multiplicat p
istū modū sunt difficiles ad numerādum, nā

Cij

A R S Y I L V M I N . A D O C T O .
de qualibet camera potest intellectus sic e-
uacuare, triginta propositiones, & nona-
ginta questiones, sicut de camera h. c. tertiaz
figuræ sunt sij propositiones & xxiiij, que
stiones, & in isto passu cognoscit se intellectus
valde generalem & artificiatum super
alium intellectum ignorantem istam artem
deducendo ipsum ad multa inconvenien-
tia & impossibilia, & sic sophista coram ta-
li intellectu non potest stare, eo quia talis
intellectus artistæ huius artis vitetur conditionibus primitiis & naturalibus, sophi-
sta autem secundariis, & extra naturam con-
sideratis ut patet in arte magna.

MAGIS RATIONALIUS IVLE.
DE OCTAVA PARTE QVIE
EST DEXTRICONE OBLEN-
cipierum & regolarum.

N parte ista intellectus miscet unum principium cum falio discurrendo quodlibet principium per omnes species regularum & per talem discursum intellectus habet noticiā de quolibet principio, & tot vicibus quo miscet ipsum discurrendo habet noticiam diuersam ab ipso, & tot media quę intellectus inuenit ad concludendum quis posset enumerare intellectu euacuante ipsam mixtionem, sicut euacuare cameram b.c. vt supradictum est. Ista mixtio est centrum & fundamentum ad inueniendum multas propositiones, quæstiones, & materiæ conditio-nes & solutiones, & etiam obiectiones: sed hoc exemplificare dimittimus intellectu bene intuenti causa breuitatis, & quia in arte magna est declaratus & exemplificatus modus mixtionis.

Vlterius hæc mixtio est subiectum & re-
C iii

ARS VILLYMINA DOCTORUM

fugium artistæ huius artis ut inueniat in ipsa quicquid voluntad placitum, nam si iam digeret aliquo quod sit de genere bonitatis discurrat ipsam bonitatem per omnia principia & regulas, & inueniet de ipsa quicquid intelligere voluerit, & sicut dicimus de bonitate, ita potest dici de aliis principiis. Ista mixtio est conditionata & ordinata sicut una res est distincta ab alia, nam si discurratur diuina bonitas per principia & regulas, ipse quidem discursus diuine bonitatis requirit altiores definitiones & species regularum quam discursus bonitatis angelici, & discursus bonitatis angelici, quam discursus bonitatis hominis, & discursus bonitatis hominis, quam discursus bonitatis leonis, & sic de aliis suo modo.

and interpret the results and draw conclusions based on the form and content of the documents, following principles of historical methodology, and make recommendations. All this work will be carried out in accordance with the Code of Ethics and Professional Conduct of the Association of American Archivists.

MAGIS. RAYMVN. LVLL.
DE QVARTA PARTE QVÆ
EST DE NOVEM.

subiectis.

IN arte ista ponuntur nouem subiecta in alphabeto significata in quib⁹ cedit quicquid est & extra ipsa nihil est, primū subiectum est Deus per B. significatum. Secundum subiectum est angelus per C significatum. iii. subiectum est celum per D. significatum. iiij. subiectum est homo per E. significatum. v. subiectum est imaginativa per F. significatum. vi. subiectum est sensitiva per G. significatum. vii. est vegetativa per H. significatum. viii. est clementativa per I. significatum. ix. & ultimum est instrumentalis per K. significatum.

Quoniam in arte magna quodlibet subiectum est deductum per principia & regulas, idcirco ipsa h̄c non discurrimus, quia hanc artem breviorem illa volumus agere, & quia illa deductio in hac arte est implicata propter quod illam dimittimus intellectui bene intuenti, & sufficit exemplum datum in tertia figura, in qua applicamus omnia principia ad bonitatem, etiam ad intellectum omnes regulas huius artis,

C iiij

ARS ILLUMINATI DOCT.

Tractatus istorum subiectorum consideramus cum quatuor conditionibus, ut per casus intellectus sit conditionatus ad discurrendum subiecta praedicta per principia & regulas conditionaliter secundum quod quodlibet subiectum est conditionatum per suam naturam & essentiam, nam dicitur in angelis unam conditionem habet indeo, & bonitas angelica aliam in ipso angelo & sic de aliis suo modo.

Prima conditio haec est, videlicet ut quodlibet subiectum habeat suam definitionem, cum qua sit differentia ab omni alio subiecto. Et si queratur aliquid de ipso subiecto quod respondeatur tali modo, affirmando vel negando. ut definitiones principiorum conueniant cum ipsa definitione, & sic de regulis, sine aliqua lesione principiorum & regularum.

Secunda conditio est quod in iudicio, siue in practica conseruetur differentia subiectorum, sicut divina bonitas, quae differt a bonitate angelica, per infinitatem & eternitatem, eo quia talis bonitas est ei ratio, ut agat bonum infinitum & eternum, bonitas autem angelica nequaquam sed finita & noua est.

M A G I S T . R A Y M V N . L V L L .

Tertia conditio est quod concordantia, quæ est inter vnum subiectum, & aliud subiectum non destruatur sicut concordantia, quæ est inter Deum & angelum, concordant enim in spiritualitate, & sic de aliis suo modo potest dici.

Quarta est, quod secundum quod vnum subiectum est nobilior & altius, ei attribuantur altiora & nobiliora principia, & regulæ quam alteri, sicut Deus qui est altius & nobilior subiectum quam angelus &c, & angelus quam homo, & sic de aliis suo modo.

ARS ILLVMIN. DOCTO,
DE PRIMO SUBIECTO
QVOD EST DE
Deo.

Deus est discrribilis per principia & regulas, nam Deus est bonus magnus. &c. de ipso multe diffinitiones possunt dari largo modo diffiniendo, sed h̄ic ei vnam damus. Deus est ens quod extra se non indiget aliquo, in ipso namque totaliter sunt omnes perfectio-nes. Et cum ista quidem diffinitione est Deus differens ab omni alio ente, omnia enim alia entia indigent aliquo extra se : in Deo non est aliqua contrarietas nec minoritas, quia principia priuatiua & defectiua sunt, veruntamen in Deo est maioritas res-pectu aliorum entium & equalitas, nam æqua-lia principia habet, videlicet bonitatē, magnitudinem, & etiam æquales actus & relationes habet. In Deo est differentia cor-relatiōrum sine qua ipsi correlatiui nequa quam esse possunt, nec Deus absque ipsis

potest habere actionem intrinsecam, infinitam, & eternam, immo sine ipsis omnes suæ rationes essentiales, quod est valde impossibile. In Deo est concordantia, ut cum ipsa distet infinitè & eternè à contrarietate, & sua correlativa conueniant infinitè & eternè in una essentia & natura, & sic de suis rationibus potest dici. In Deo non est quantitas nec tempus, nec ullum accidens, ratio huius est quia substantia sua ab omni accidente est segregata & denudata, nam infinita & eterna est. Deo sic conditionato per quatuor conditiones antedictas, inde quidem intellectus intelligit se conditionatum ad intelligendum Deum, & ea que de ipso dici possunt per principia & regulas Deo appropriatas. Adhuc cognoscit & intelligit quod si angelus habet naturale posse in se, & sic de aliis multo magis Deus cum sit subiectum magis altum, ut patet per locum à minori ad maius.

ARS ILLUMIN. D' OCTO.

DE SECUNDO SVBIE-

c t o, q u o d i s t

de Angelo.



Ngelus est ; deducibilis
per principia & regulas,
ipse quidam naturalem
bonitatem , magnitudi-
nem, durationem habet
&c. & diffinitur sic.

Angelus est spiritus
corpori non coniun-
ctus, in ipso non est contrarietas naturalis,
nam incorruptibilis est , in ipso est mate-
ria de bilibus scilicet bonificabili, magnifica-
bili &c. vt per secundam speciem significi-
catum est. In angelo est maioritas eo quia
est magis similis deo quam homo, quia al-
tiora principia & regulas habet quam ho-
mo , & in isto passu cognoscit intellectus,
quod si homo potest uti sensibus absque or-
ganis, non sequitur propter hoc quod ange-
lus non possit sine organis , nam angelus na-
tura est superior , & in isto passu cognoscit

M A G I S T . R A Y M Y N . L V L L .
intellec̄tus quod angeli pollunt loqui inter-
se & agere in nobis absque organo, & tran-
ferre ab uno loco ad alium sine predio, & sic
de aliis, ut patet per intellectum discursum
per regulas.

In angelo est differentia, nam suus in-
tellectus memoria & voluntas, differentes
sunt inter se. Aequalitas intelligendi & a-
mandi, & recolendi est in angelo ratione ob-
iecti supremi, scilicet Dei, qui aequaliter est
est intelligibilis, amabilis, & recolabilis.
In angelo est minoritas, nam ex nihilo est
creatus.

D E T E R T L O S V B I E -
C T O , Q U O D E S T A
de caelo.



Ælum habet bonitatem
naturalem , magnitudi-
nem, & durationem, &c.
& diffinitur sic. Cœlū est
prima substantia mobilis, in eo non est contra-
rietas , non enim est ex
principiis contrariis compositum , in ipso
enim sunt instinctus & appetitus naturales,
& per consequens motus sine quo non pos-
set habere naturam, instinctum & appeti-
tum: veruntamen in eo est principium, effi-
ciens enim est in inferioribus &c. constitu-
tum est ex sua forma & materia specifica-
tis ut agat per suam speciem, suis motus est
ei finis & quies.

Cœlum est in suo loco, sicut corpus in sua
superficie. Adhuc est in tempore , ipsum nā-
que nouum est. Et etiam in tempore sicut
efficiens in suo effectu. Et sic de aliis suis ac-
cidentibus suo modo.

MAGIS. RAYMVN. LVLL.

DE QVARTO SVBIECTO
QVOD EST HOMO.



Omo est compositus ex anima & corpore, ratione cuius deducibilis est per principia & regulas duobus modis, videlicet modo spirituali, & modo corporali, & sic diffinitur.

Homo est animal rationale homificans. In homine sunt omnia principia & regulæ duplicitè propter duplicitatem naturæ, scilicet spiritualis & corporalis, ex quibus est constitutus. Et ideo est magis generalis quam aliud ens creatum. Ratione cuius rectè potest dici proculdubio quod homo est maior pars mundi.

DE QVINTO SVBIECTO
quod est imaginativa.

ARS ILLUMINATI DOCT.

IN imaginatiua sunt principia & regulæ specificæ ad imaginandum imaginabiliā, sicut ir' adamante ad attrahendum ferrum, & diffinitur sic.

Imaginatiua est illa potentia cui proprièt̄ cōpetit imáginicarē, & ideo imaginariūa de ducta est per principia, & regulas quæ cōueniunt imaginatiuæ, intellectus quidem de ipsa habet magnam noticiam, & etiam de his quæ conueniunt ei: imaginatiua abstrahit species à sensatis cum sensibus particularibus. Et hoc cum suis correlatiuis per secundam speciem regulæ. C. significatis. Et cum bonitate facit bonas species illas & cum magnitudine magnificat illas, sicut quando imaginatur vnum magnum montem aureum. Cum minoritate autem minornificat eas, sicut quando imaginatur vnum punctum in diuisibile. Imaginariua habet instinctum sicut bruta animalia habent industriam ad viuendum, & sicut capra ad euictandum lupum. Imaginariua habet appetitum ad imaginandum imaginabile, vt quietescat in illo imaginando illud. Sensus particulares utentes sensibilibus impediunt imaginatiuē suum actum quod non potest habere ipsum sicut videns cum oculis coloratum, & tunc

M A G I S T . R A Y M V N . L V L L .

tunc temporis imaginatiua non potest habere suum actum, videlicet quia imaginari non potest imaginatum imaginabile peregrinum, quo usque habens oculos claudit illos: & tunc imaginatiua habet suum actum, siue potest habere illum. Videns magis attingit coloratum videndo quam imaginando, sensatum enim est magis circa ipsum sensum. Imaginatiua autem mediante sensu imaginabile attingit. Imaginatiua non est ies generalis potentia in sensatis sicut sensitiva, ut patet per tactuam cum qua homo tenet lapidem in uno, & eodem tempore sentit diuersa & plura, videlicet lapidis ponderositatem, frigiditatem, asperitatem, atque duriciem: imaginatiua autem nequaquam nisi successione, & sic de aliis similibus ies. Et haec sufficientia causa breuitatis.

D

ARS ILLVMIN. DOCTO.

DE SEXTO SUBIECTO
QVOD EST SEN-
SITIUA.

Si **P**rincipia & regulæ sunt in sensitiua
per modum specificum, nam unum
posse habet per visum, aliud per au-
ditum &c. & haec maximè faciunt due pro-
prietates instinctus, & appetitus, & diffini-
turi sic.

Sensitiua est potentia cui propriè compe-
tit sentire. Sensitiua causat sensata cum suis
principiis, & regulis specificis. Ipsa est gene-
ralis per sensum communem: particularis au-
tem per sensus particulares, per sensum com-
munem habet correlatiuos communes, per
particulares autem sensus habet correlatiuos
particulares. Vita radicalis sensitiè viuit ex
vita vegetabili cum qua est connexa & in ea
plantata, sicut vegetatiua in elemētiatiua sen-
sitiua per omnes sensus sensat obiecta: sicut
per visum sensat coloratum, & per auditum
vozem mediante affatu ei nominante il lam,
absque enim affatu auditus quidem non po-
tebit sensare vocem, & in isto passu cognoscit
intellectus quod affatus sit sensus.

MAGIST. RAYMVN. LVLL.;

DE SEPTIMO SVBIECTO
quod est vegetatiua.

IN vegetatiua sunt principia & regulæ specificæ cum quibus plantæ agunt secundum suas species in quibus sunt. Piper enim agit secundum suam speciem, & rosa secundum suam: & lilium secundum suam &c.

Principia vegetatiæ condensiora sunt quam sensitiuæ principia: & sensitiuæ principia quam imaginatiuæ principia: & diffinitur sic: vegetatiua est potentia cui propriè competit vegetare. Ipsa quidem sic vegetat elementata suo modo sicut sensitiua sensat vegetata siue elementata. Vegetatiua transsubstantiat elementatiuam in suam speciem per modum generationis: & ex illa viuit & crescit & nutritur: vegetatiua quidem moritur elementatiua sibi deficiente. Sicut lumen moritur in lampade, oleo deficiente.

D ij

ARS ILLVMINATI DOCT.
DE OCTAVO SVBIECTO
QVOD EST ELEMENTA-
tatiua.

IN elementatiua sunt principia & regulæ specificæ cum quibus habet multas species ut aurum, argentum, & huiusmodi, & diffiniatur. sic. Elementatiua est potentia cui propriè competit elementare, ipsa habet correlatiuos communes sicut & sensitiua, & sic de suis particularibus potest dici, videlicet de igne, aere, aqua & terra, quæ habent suos correlatiuos, sine quibus ipsa elementa esse non possunt, sicut & correlatiua absque elementis non possunt esse quæ sunt ultima fundamenta ipsius elementatiæ, & elementatiua, per ipsam habet punctos, lineas, & figuras longum, latum, & profundum, & corpus plenum, qualitates & complexiones, duriciem, asperitatem, leuitatem, ponderositatem &c. & in isto passu cognoscit intellectus quod elementa sunt actualiter in elementatis, tamen remisso modo, nam aliter elementata non haberent ex quo essent, nec essent de genere substantiæ, neque haberent formam, materiam, naturam, motum, instinctum, longum, litum, plenum, neque appetitum, quod est valde impossibile & absurdum dicere.

MAGIST. RAYMVN. LVLL.

DE NONO SVBIECTO
QVOD EST DE IN-
STRUMENTATIUA.

Stud subiectum est de instrumentalitate &
conferatur duobus modis, scilicet natura-
liter sicut oculus qui est instrumentum ad
videndum, & moraliter sicut iusticia ad iu-
dicandum, & martellus ad fabricandum.

Instrumentum quidem naturale potest
cognosci deducendo ipsum per principia &
regulas huius artis specifico modo.

Similiter & instrumentum morale per ea-
dem principia & regulas suo modo speci-
fico.

Differant enim inter se instrumenta naru-
ralia & moralia, talem autem deductionem
sive discursum dimittimus intellectui bene
intuenti, & si intellectus artistæ deficit in ta-
li deductione recurrit ad artem magnam in
qua largius tractamus de moralibus, sed quia
de moralibus mentionem facimus in alpha-
beto, idcirco volumus diffinire instrumenta
moralia ut per diffinitiones & principia re-
gulas artistæ habeat noticiam de mora-
libus.

D iij

CAR'S ILLVMINA. DOCT.

Instrumentiu[m] est potentia cum qua
moralis agit moraliter.

Iusticia est habitus cum quo iustus agit
iustè.

Prudentia est habitus cum quo prudens
vtitur prudentia.

Fortitudo est habitus cum quo fortis cor-
de agit viriliter.

Temperantia est habitus cum quo tempe-
ratus utitur in agendo temperatè.

Fides est habitus cum quo aliquis credit id
esse verum quod non sentit nec intelligit.

Spes est habitus cum quo aliquis sperat
veniam à domino dari & gloriam, & confi-
dit se in suo bono & potenti amico.

Caritas est virtus cum qua habens pro-
pria bona illa facit communia.

Patientia est habitus cum quo patiens vin-
cit & non vincitur.

Pietas est habitus cum quo pius condolet
de langoribus proximi sui.

Auaricia est habitus cù quo diues est pau-
per & mendicans.

Gula est habitus cum quo gulosus est in-
carceratus & in posterum in infirmitate &
paupertate positus.

Luxuria est habitus cum quo homo vi-

M A G I S . R A I M V N . L V I I .
tur suis potentiis indebet contra ordinem
matrimonij.

Superbia est habitus cum quo homo su-
perbus conatur omnibus superesse : & est
contra humilitatem.

Accidia est habitus cum quo accidiosus
condolet de bonis alterius , & congaudet de
malis illius.

Inuidia est habitus cum quo inuidiosus
appetit iniustè bona alterius.

Ira est habitus cum quo iratus ligat suam
deliberationem & libertatem.

Mendacium est habitus cum quo men-
dax fatur siue testatur contra rei verita-
tem.

Inconstans est habitus cum quo incon-
stans est multifariè variabilis.

Dictum est de nouem subiectis de quibus
artista potest habere noticiam discutendo
ipsa per principia & regulas huius artis.

D*icitur*

DE DECIMA PARTE
 Q[uod] y[ea] EST DE AP-
 plicatione.

Applicatio dividitur in tres partes.
A Prima est quando applicatur im-
 plicitum ad explicitum.

Secunda est quando applicatur abstra-
 ctum ad concretum.

Tertia est quando applicatur quæstio ad lo-
 ca huius artis.

Et primo de prima parte sic dicemus. Si
 termini quæstionis sunt impliciti, applicen-
 tur ad terminos huius artis explicitos. Sicut
 quando queritur. Vtrum Deus sit. Aut v-
 trum angeli sint, & sic de aliis, applicetur ad
 bonitatem, magnitudinem &c. videlicet v-
 trum sit bonum, magnum &c. esse. Deum &
 esse angelum.

De secunda parte sic dicendum est. Si ter-
 mini quæstionis sunt abstracti, applicentur
 ad suos terminos concretos. Sicut bonitas ad
 bonum, magnitudo ad magnum, color ad
 coloratum, & sic de aliis, & videatur per quem
 modum se habent terminus abstractus, &
 terminus concretus, discurrendo per princi-

M A G I S T . R A I M V N . L V L L .

pia & regulas.

Tertia pars quæ est de applicatione ad loca diuiditur in xij. partes quæ sunt hæc, videlicet prima figura, secunda figura, tertia figura, quarta figura. Diffinitiones regulæ. Tabula. Euacuatio tertiae figuræ. Multiplicatio quartæ figuræ. Mixtio principiorum & regularum & Nouem subiecta. Centum formæ & quæstiones.

Istis partibus prænominatis applicentur materiæ quæstionum secundum quod eis competit. Nam si materia quæstionis competit primæ figuræ, ipsa applicetur ad pri- manu figuram, & solutio quæstionis hauriatur à textu ipsius figuræ tali modo affirmando aut negando, quod textus remaneat illæsus; & sicut diximus de prima figura, ita potest dici de aliis partibus suo modo. Et hæc de applicatione sufficient causa breuitatis. Et si intellectus artistæ deficit in applicando terminis recurrat ad artiem magnam, nam in ea de his largius pertractatur.

DE CENTVM FORMIS.

IN ista parte ponuntur ceterum formae cum
earum definitionibus ut subiectum exte-
datur ad intellectum, nam per formarum dif-
finitiones intellectus quidem erit conditio-
natus ad discurrendum illas per principia
& regulas, & per talem discursum intellectus
habebit notitiam de formis positis in quæ-
stionibus: ideo centum formæ cum suis dif-
finitionibus sunt hec.

Entitas est ens ratione cuius aliquod ens
causat aliud ens.

Essentia est forma ab esse abstracta & in
eo sustentata.

Vnitas est forma cui propriè cōpetit vnire.

Pluralitas est forma aggregata ex pluribus
numero differentibus.

Natura est forma cui propriæ competit
naturare.

Genus est ens consideratum & valde con-
fusum quod de pluribus differentiis specie
prædicatur.

Species est ens quod pluribus differenti-
bus numero prædicatur.

Individuitas est ens quod magis distat à
genere quam aliud ens.

M A G I S . R A Y M V N . L V L L .

Proprietas est forma cum qua agens specificè agit.

Simplicitas est forma quæ magis distat à compositione quam aliquid aliud ens.

Compositio est forma aggregata ex pluribus essentiis.

Forma est essentia cum qua agens agit in materia.

Materia est essentia simpliciter passiva.

Substantia est ens per se existens.

Accidens est forma non per se existens, nec ad suum finem principaliter se habet.

Quantitas est ens ratione cuius subiectum est quantum: & cum ea ipsum agit quantum.

Qualitas est ens ratione cuius principia sunt qualia.

Relatio est forma respectiva ad multa diversa sine quibus non potest esse.

Actio est forma inhærens passo.

Passio est ens sustinens illam.

Habitus est forma qua subiectū induitur.

Situs est positio partium rectè & debitè ordinatarum in subiecto in quo sunt.

Tempus est ens in quo entia creata sunt incepta & noua.

M A G I S . R A Y M V N . L V L L .

Vel tempus est ens ex multis nunc constitutum secundum ante & post.

Locus est accidens per quod entia sunt locata. Vel locus est superficies aibiēs & continēs immediatē partes intraneas corporis.

Motus est instrumentum cum quo mouens mouet motum, vel motus est id quod sapit naturam principij, mediij, & finis.

Immobilitas est ens nullum appetitū habens ad mouendum.

Instinctus est figura & similitudo intellectus.

Appetit⁹ est forma & similitudo voluntatis.

Attractio est forma cum qua attrahens attrahit attractum, vel attractio est quædam forma habens instinctum & appetitum attrahendi aliquid ad subiectum.

Receptio est forma cum qua recipiens recipit receptum. Vel receptio est quædam forma habens instinctum & appetitum recipiendo aliquid in subiecto.

Fantasma est similitudo abstracta à rebus per imaginationem.

Plenitudo est forma à vacuitate remota.

Diffusio est forma cum qua diffundēs diffundit diffusibile.

Digestio est forma per quam digerens di-

ARS ILLUMINATI DOCT.

gerit digestibile.

Expulsio est forma cum qua natura expellit ea quæ non competunt subiecto.

Significatio est reuelatio secretorum cum signo demonstratorum.

Pulchritudo est quedam forma speciosa recepta à visu : vel ab auditu : vel imaginatione, vel conceptu, vel delectatione.

Nouitas est forma ratione cuius subiectū habituatur nouis habitibus.

Idea in deo est deus. Idea autem in creatione est creatura.

Metaphysica est forma cum qua intellectus humanus denudat subiectum ab accidentibus.

Ens in potentia existens est forma in subiecto existens absque motu: quantitate, qualitate, & huiusmodi.

Punctuitas est essentia puncti naturalis existentis minoris partis corporis.

Linea est longitudo constituta ex pluribus punctis continuis : cuius extremitates sunt duo puncta.

Triangulus est figura habens tres angulos acutos tribus lineis contentos.

Quadrangulus est figura habens quatuor angulos rectos.

ARS ILLUMINA. DOCT.

Circulus est figura linea circulari contēta.
Corpus est substantia ex punctis lineis &
angulis plena.

Figura est accidens constitutum ex situ &
habitu.

Generales rectitudines sunt sex: quibus
corpus est centrum per lineas diametrales.

Monstritas est deuiaatio motus naturæ.

Deriuatio est subiectū generale per quod
pariculare descendit ab uniuersali.

Vmbra est habitus priuationis lucis.

Speculum est corpus diaphanum dispositum
ad recipiendum omnes figurās ei repre-
sentatas.

Color est habitus per figuram contentus.

Proportio est forma cui propriè competit
proportionare.

Dispositio est forma cui propriè competit
disponere.

Creatio in æternitate est idea: in tempore
autem est creatura.

Prædestinatio in sapientia dei est idea: in
creatione autem est creatura.

Misericordia in æternitate est idea: in præ-
destinato autem est creatura.

Necessitas est forma quæ aliter non potest
se habere. Sed necessitas est ens continens
illam.

M A G I S T . R A Y M V N . L V L .

Fortuna est accidens inherens subiecto. Sed fortunatus est homo dispositus ad illam.

Ordinatio est forma cui propriè competit ordinare.

Ordinatus autem est suum proprium subiectum.

Consilium est dubitabilis propositio: & consultus est sua quies.

Gratia est forma primitiva in gratiato posita sine gratiati merito.

Perfectio est forma cui propriè competit perficere in subiecto perfecto.

Declaratio est forma in qua intellectus quiescit distinguendo. Declaratus autem est suū subiectum in quo declaratio est habitus.

Transsubstantiatio est actus naturæ intrasubstantiatio denudata forma antiqua: & induita noua.

Alteratio est forma nata in alterato.

Infinitas est forma habens actum infinitum ab omni finito remoto.

Deceptione est habitus positius decipientis: & est habitus priuatius decepti.

Honor est habitus actius in honorante: passius autem est in honorato.

Capacitas est forma cum qua capax tantum potest continere & recipere quantum potest ei euenire.

ARS ILLUMIN. DOCTO.

Existentia est forma cum qua existens existit id quod est.

Agentia est forma mouens existentem ad terminum ad quem.

Comprehensio est similitudo infinitatis, & apprehensio finitatis.

Inuentio est forma cum qua intellectus inventit inuentum.

Similitudo est forma cum qua assimilans assimilat sibi suum assimilatum.

Antecedens est forma causans consequens.

Consequens autem est subiectum in quo antecedens quiescit.

Potentia est forma cum qua intellectus attingit obiectum.

Obiectum autem est subiectum, in quo intellectus quiescit.

Actus est connexio potentie & obiecti.

Generatio in creaturis est forma cum qua agens causat formas nouas.

Corruptio est forma cum qua corrumpens priuat formas antiquas.

Priuatio autem existit in medio ipsarum.

Theologia est scientia que loquitur de Deo.

Philosophia est scientia per quam intellectus

M A G I S T . R A Y M V N . I L V L L .
Etus se contrahit ad omnes scientias.

Geometria est ars inuenta ad mensurandum lineas, angulos & figuras.

Astronomia est ars cum qua astronomus agnoscit virtutes & motus quos celum habet in inferioribus effectiue.

Aritmetica est ars inuenta ad numerandū multas unitates.

Musica est ars inuenta ad ordinandū multas voces concordantes in uno cantu.

Rethorica est ars inuenta cum qua rhetorius ornat & colorat sua verba.

Logica est ars cum qua logicus inuenit naturalem coniunctionem inter subiectum & predicatum.

Grammatica est ars inueniendi modum recte loquendi, recteque scribendi.

Moralitas est habitus ad agendum bonum siue malum.

Politica est ars cum qua burgenses procurant publicam utilitatem ciuitatis.

Ius est actus regulatus in homine de iustitia habituato.

Medicina est habitus cum quo medicus procurat sanitatem patientis.

Regimen est forma cum qua princeps regit populum suum.

E

A R S . ILLUMINA . D O C T .

Militia est habitus cum quo milles iuuat principem ut iusticiam possit teneare.

Mercatura est habitus cum quo mercator scit emere & vendere.

Nauigatio est ars cum qua nautes per mare sciunt nauigare.

Conscientia est forma cum qua intellectus affligit animam de commissis.

Prædicatio est forma cum qua prædictor informat populū ad habendum bonos mores, evitando malos.

Oratio est forma cum qua orans loquitur deo sanctifice.

Memoria est ens cum quo entia sunt recolibilia.

D E S E C V N D A P A R T E Q V Ä est de quæstionibus.

Hec pars diuiditur in xij. partes seu loca disposita & proportionata ad quæstiones secundum materiæ diversitatem ex qua sunt, nam in uno loco siue parte est significata solutio vnius quæstionis: & in alio loco solutio alterius quæstionis, propter quod diuersimodè applicabimus quæstiones ad prædicta loca:

M A G I S. R A I M V N. LVLL.

& hoc duobus modis, videlicet faciemus aliquas quæstiones quas soluemus: & alias quas nō soluemus similiter faciemus: & istas dimicemus artiste bene intuenti: vt ipse bene abstrabat solutionem ab illa parte siue loco cui quæstiones transmittemus. nam in illa parte siue loco solutio est significata. hic vero paucas quæstiones faciemus & soluemus causa breuitatis: nam hæc ars abstracta est ab arte magna vt ipsa breuius tractetur: & vt intellectus sub paucis verbis apprehendat multa: & sic intellectus est magis vniuersalis. & per solutiones istarum quæstionum hinc positas seu datas, poterit dari solutio aliquarum quæstionum suo modo.

Loca siue partes ad quas transmittemus quæstiones sunt xij. vt iam supradictum est. videlicet prima figura, secunda figura, tertia figura, quarta figura, definitiones regulæ, tabule euacuatio, tertiz figuræ multiplicatio: quartæ figuræ mixtio: principiorum & regularum nouem subiecta: centum formæ: & primò de prima parte siue loco dicemus.

E ii

ARS ILLUMINATI DOCT.
DE QVAESTIONIBVS
primæ figuræ.



Væstio vtrum sit aliquod ens in quo subiectum & prædicatum conuertantur in identitate essentiaæ naturæ & numeri per totam primam figuram.

Et est respondendum quod sic: nam aliæ conuersio subiecti & prædicati & æqualitas essent destructæ absolutè: & æternitas esset superius per infinitatem: & sua bonitas magnitudo potestas &c. essent inferius per finitatem quod est impossibile.

Quæritur quid est illud ens in quo subiectum & prædicatum conuertuntur.

Et respondendum est quod deus est illud, talis quidem conuersio non potest esse nisi in subiecto infinito & æterno.

Quæritur vtrum diuina bonitas habeat in se ita magnam bonificationem sicut diuinus intellectus intellectionem.

Queritur quare deus habet in se ita magnam agentiam sicut existentiam.

M A' G I S. R A Y M V N. L V I L.

Quæritur deus de quo potest tantum quan-
tum ipse est.

Quæritur quare homo & animal non con-
uertuntur. Et ad hoc respondendum est ex
eo quia conuersio non potest fieri inter ma-
ius & minus sed inter equalia.

Quæritur utrum in angelo sua potestas
intellectus & voluntas conuertantur. Et re-
spondendum quod non, alioquin ipse posset
habere ita infinitum actum & eternum sicut
deus.

D E Q V A E S T I O N I B V S
secundæ figuræ.

Q Væstiones secundæ figuræ tribus mo-
dis possunt fieri : sicut homo & leo qui
per differētiā differunt specie & per concor-
dantiam conueniunt genere & per contra-
rietatem contrariantur , videlicet per cor-
ruptibile & incorruptibile: & sic de aliis suo
modo.

Quæritur utrum differētia sit magis gene-
ralis quam concordantia & contrarietas: ad
quod dicendum est quod sic eo quia ubiqū
que est concordantia & contrarietas, est di-
ferentia, sed non econuerso in omnibus: in

ARS ILLVMINA. DOCT.

multis enim reperitur differentia & concordantia: & tamen in illis non est contrarietas naturaliter sicut in entibus spiritualibus;

Quæritur quod est maius principium concordantia aut contrarietas: dicendum est quod concordantia. à concordantia enim descendunt principia positiva, à contrariate autem priuativa.

Quæritur utrum ista diffinitio sit magis ostensiua diciendo sic. homo est animal homificans: vel homo est ens cui propriæ competit homificare, quam ista: homo est animal rationale mortale. Et respondendum est quod sic. Ratio huius est, quia homificatio soli homini competit. rationabilitas autem & mortalitas multis. Per triangulum principij, medij, & finis, possunt fieri quæstiones tribus modis.

Primus modus est quando quæritur quare est una prima causa & non plures. Cui respondendum est ex eo: ut unus finis sit infinitus.

Secundus modus est quādo quæritur. Vtrū medium existens inter subiectum & praedicarum habeat quantitatem continuam aut discretam. Et est respondendum quod continua

M A G I S T . R A Y M V N . L V I I I .
habet respectu medij extremitatum. discre-
tam autem respectu medij coniunctionis &
mensurationis.

Tertius modus est quando quæritur qualis
finis est ultimus in subiecto. Et respondendum
est quod finis proprius sed non appropri-
atus.

Per triangulum maioritatis æqualitatis &
minoritatis. possunt fieri quæstiones tribus
modis: per maioritatem sicut quando queri-
tur quare Deus est supra angelum, & angelus
supra hominem. Et respondendum est quod
Deus est supra angelum: eo quia bonitas di-
vina & magnitudo diuina &c. distat per in-
finitatem à quantitate: & per æternitatem
à tempore. bonitas autem angeli & magni-
tudo &c. non sed ipsa sunt supra bonitatem,
magnitudinem hominis &c. eo quia subie-
ctum in quo sunt distat à divisione & suscep-
tione. sed bonitas magnitudo &c. corporis
hominis, non.

Secundus modus est quando queritur in
aperta quare intellectus voluntas & memo-
ria sunt æquales per essentiam: cui respon-
dendum est ex eo quia priua causa per æqua-
litatem suæ bonitatis, magnitudinis &c.

E iij

A R S I L L V M I N . I D O C T O .
est intelligibilis, recolibilis, & amabilis æ-
qualiter: & in isto passu cognoscit intelle-
ctus quod demonstratio potest fieri tribus
modis: per quid: aut per quia: aut per equa-
litatem: vel per equiparantiam.

Tertius modus est quando queritur quare
peccatum est magis circa nihil quam aliquid
aliud ens, & dicendum est quod propter hoc
quia magis repugnat fini essendi.

Queritur utrum differentia quæ est inter
sensuale & sensuale sit maior quam illa quæ
est inter sensuale & intellectuale, & quam
illa quæ est inter intellectuale & intellectuale.
Adhuc utrum illa differentia quæ est
inter principium & medium sit maior quam
illa quæ est inter medium & finem.

Similiter potest queri de differentia quæ
est inter substantiam & substantiam, &c. Et
respondendum est per ea quæ sunt signifi-
cata in triangulis supradictis, subiectiuè &
obiectiuè mediante regula de b.

D E Q V A E S T I O N I B V S tertiae figuræ.

Dicitum est in tertia figura quod quod-
libet principium applicatur alteri: &
ideo queritur. Utrum contrarietas sit tatum

M A G I S T . R A Y M V N . L V L L .
applicabilis bonitati magnitudini &c. quā-
tum concordātia, & dicendum est quod nō:
contrarietas enim applicatur eis priuando
& contrariando: concordantia autem po-
nendo & concordando.

Dicitur in tertia figura bonitas est magna
& quid est bonitas magna.

Et respondendum est quod bonitas ma-
gna est illa quæ absque contrarietate & mi-
noritate conuenit cum omnibus principiis
& suis correlatiis.

Quæritur bonitas: ubi est: vade ad camerā
b.i. & recipias significata.

Quæritur bonitas de quo est.

Quæritur bonitas quomodo est: vade ad
cameras. b.d. & b.k. & accipias eorum signi-
ficata, & sic de alijs.

Item quæritur quando est intellectus uni-
versalis & particularis.

DE QVAESTIONIBVS quartæ figuræ.

Q Veritur per cameram. b.c. d. utrum a-
liqua bonitas sit magna infinitè: sicut
æternitas: & respondendum est quod sic: a-
lioquin tota magnitudo æternitatis non es-
set bona per cameram. b.e.f.

ARS ILLUMINA. DOCT.

Quæritur utrum Deus sit ita potens per suam bonitatem sicut per suum intellectum: vade ad illam cameram & recipe significata fuorum correlatiuorum & suarum diffinitionum.

Quæritur utrum angelus producat angelum cum sit superius: sicut homo hominem cum sit inferius. respondendum est quod non, quia euacuaret suam essentiam: angelus enim non recipit augmentum ab extra: homo autem sic ratione corporis.

DE QVÆSTIONIBVS PER diffinitiones principiorum.

Quæritur utrum Deus sit ens necessarium.
Quæritur utrum unitas possit esse infinita absque actu infinito.

Quæritur utrum sit Deus unus singularis.
Quæritur utrum Deus possit esse malus. vade ad diffinitionem bonitatis: magnitudinis, & æternitatis. & teneas ea que tibi significant. nam si bonitas est magna & æterna, iam necessarium est quod bonitas sit ratio bono quod producat bonum magnum & æternum, & sic de aliis quæstionibus que fieri possunt per diffinitiones principiorum.

MAGIST. RAYMVN. LVLL.

DE QVÆSTIONIBVS

per regulas:

Quæritur vtrum credere præcedat intel-
ligere.

Quæritur quæ diffinitio est melior & cla-
rior aut quæ datur per potentiam & suum
specificum actum; vel illa quæ datur per ge-
nus & differentiā. Et respondēdum est quod
illa quæ datur per potentiam & suum speci-
ficum actum. per illam quidē habetur agni-
tio subiecti & actus eius specifici. per alterā
autem nequaquam nisi partium tantum.

Quæritur vtrum potentia extra suam es-
sentiam habeat actum.

Quæritur vtrum intellectus sit agens in
memoria, & in voluntate patiens. Vtrum in-
tellectus possit habere obiectum absque sen-
su. Vtrum diuina potestas possit habere actū
in finitum. Vtrum actus possit esse sine diffe-
rentia. Vtrum actus sit possessus à potentia
vel ab obiecto vel ab utroque. Vtrum substan-
tia possit per se existere absque suis causis.
Vtrum voluntas habeat posse in intellectu
per credere, & intellectus in voluntate per
intelligere. Vtrum in anima voluntas &
memoria sint æquales

ARS. ILLUMINATI DOCT.

Vtrum intellectus absque suis correlatiuis possit esse vniuersalis aut particularis. Vtrū intellectus quando facit scientiam faciat ipsam per proprietatem & differentiam.

Vtrum intellectus disponat amare & memorari & econuerso. Vtrum intellectus in uno & eodem tempore possit credere & intelligere. Vtrum intellectus in seipso facit scientiam.

Queritur quomodo intellectus facit speciem. Vtrum intellectus cum sua specie imperat voluntati & memoriae quod obiectet illam speciem. Sicut applicamus questiones regularum ad intellectum: sic possunt applicari ad alias potentias suo modo.

DE QVÆSTIONIBVS Tabulæ.

Queritur vtrum mundus sit eternus, vade ad columnam b.c.d. & teneas negatiuam & inuenies in camera. b. c. t.b. quod si eternus est, multæ sunt æternitates differentes specie & concordantes sunt per cameram. b.c.t.c. cōtra cameram. b.c.t.d. quod est impossibile: vnde sequitur quod de quæstione negativa est tenenda & hoc probat regula. b.

MAGIST. RAYMVN. LVI.

Quæritur utrum deus tantum possit esse infinitus per suam magnitudinem quantum per suam æternitatem: vade ad columnam. c.d.e. & ad cameram. c.d. t.c. tenendo affirmatiuam contra cameram. c.d.t.d. Utrum deus tantum possit per æternitatem quantum per intellectum. vade ad columnam. d.e.f. & ad cameram. d.e.t.d. Utrum deus sit tantum potens per suum posse sicut per suum intelligere & amare: vade ad columnam. e.f.g. & teneas affirmatiuam per cameram. e.f.t.e. & per cameram. e.f.t.f.

Et per cameram. c.f.t.g. quousque tota columna erit consumata. Utrum in deo suus intellectus & voluntas sint maiores quam sua virtus: vale ad columnam. f.g.h. & teneas negatiuam per omnes cameras illius columnæ hauriendo significatæ camerarum. Utrum diuina veritas sit instantum virtuosa per æquales correlatiuos sicut diuina voluntas. vade ad columnam. g.h.i. & teneas affirmatiuam per omnes cameras illius columnæ. Utrum in deo sua virtus & sua veritas & sua gloria habeant illud per quod sunt æquales: & à tempore & loco & minoritate remotæ: vade ad columnam. h.i.k. & teneas affirmatiuam per omnes cameras.

MARS ILLVMIN. DOCTO.
DE QVÆSTIONIBVS EVA-
cuacionis tertiae figuræ.

N camera.b.c. dictum est quod bonitas est magna. Modo queritur utrum bonitas sit magna & quid est sua magnitudo, & bonitas, & magnitudo, in quo concordant. Et utrum possint concordari absque differentia. Et respondendum est quod bonitas est magna ut patet per definitionem magnitudinis. Et sua magnitudo est habere correlatiuos, ut per secundam speciem regulæ.c. patet & concordant: quia bonitas est magna per magnitudinem & e converso. Iam quidem concordare nequam possent abique differentia suorum correlatiuum. Et hec de euacuatione tertie figuræ sufficient causa breuitatis.

Nam per hec que de ea diximus potest artista soluere & facere questiones per alias cameras.

M A G I S T . R E M V N . L V L E .
D E Q V Æ S T I O N I B V S M V L -
tiplecationis quartę figurę.

QVeritur per quem modum intellectus cōditionat se ad essendum generalem per generale intelligere. Vade ad multiplicationem quartę figurę, & videas per quem modum intellectus multiplicat conditiones cum quibus multiplicat obiecta & suum intelligere, vt per multas & magnas scientias sit generalis & multis habitibus indutus.

Et hęc de multiplicatione quartę figurę sufficient causa breuitatis.

D E Q V Æ S T I O N I B V S
mixtionis principiorum & regularum

QVeritur utrum bonitas sit discursiva per magnitudinem, durationem &c. & econuersa & respondendum est quod sic, ut significatū est per tertiam figuram faciendo de subiecto prēdicatum.

Quæritur quid est bonitas in magnitudine, duratione &c. Cui respōdendū est quod est in magnitudine magna, & in duratione durabilis.

Quæritur quid habet bonitas in magnitudine &c. ad quod dicendum est quod in ipsa habet suos correlatiuos magnos in magnitudinē & in duratione durabiles.

ARS ILLVM IATI DOCT.

Et sicut exemplificamus de bonitate: ita
potest exemplificari de aliis principiis suo
modo. Et hęc de mixtiōe sufficiat suo modo.

DE QVAESTIONIBVS NO- VVM SVBIECTORVM,

Et primo de Deo.

QVæritas utrum deus sit. Et respondēdum
est quod dum est quod sic probatum est in quo-
stionibus primæ figuræ.

Quæritur quid est deus. Et respondēdum
est quod deus est ens quod tamen agit in se
quantum ipse est. Per secundam speciem re-
gulæ. C. quæritur quid habet Deus in se es-
sentialiter.

Ad quod respondendum quod habet suos
correlatiuos sine quibus non posset habere
immensas & æternas rationes. Per tertiam
speciem quæritur quid est deus in alio.

Ad quod dicendum est quod ipse est creās:
gubernans & huiusmodi. Per quartam spe-
ciem regulæ. C. Quæritur quid habet Deus
in alio. Et dicendum est quod habet in alio
posse & dominium: & in omnibus iudicium
& actum gratiæ: & misericordiæ: patientiæ
& pietatis. Et hęc de deo sufficient causa
breuitatis.

DE

DE QVAESTIONIBVS
angelorum.

Quartitur utrum angelii sint. Et respondendum est quod sic. Si enim id quod minus videtur Deo simile est, & multo magis id quod magis videtur esse simile Deo, est. Adhuc si aliquid est quod est compositum ex intellectuali & corporali, multo magis id quod est compositum ex intellectuali & intellectuali. Amplius si angelii quidem non essent. Scala differentiarum & concordantiarum esset euacuata, & per consequens mundus quod est impossibile.

Queritur angelus de quo est, & cuius est. Et respondendum est per regulam. d. quod est de se ipso: sua enim essentia non potest esse punctualis neque linealis. vt per secundam speciem eiusdem regulae est de suis correlatiis spiritualibus, scilicet de suis tuiis bilibus & arcis ex quibus est compositus per tuos est actius, & per biles est recessitus, & per arcis est actus existens inter tuos & biles, per tertiam speciem est dicendum quod angelus est Dei. Et hec de angelis causa breuitatis sufficient.

ARS ILLVMIN. DOCTO.

DE QVÆSTIONIBVS
Cæli.

Vtrum Cælum moueat seipsum. Et respondeandum est quod sic ut sua principia habeant correlatiuos substantiales & proprios per suas constellationes. Vtrum cælum moueat se ad locum, & respondendum est quod sic in se & in inferioribus circulariter, sed non extra se: ratio huius est: quia extra se nullam actionem habet vel habere potest. Vtrum angelus moueat cælum, & respondendum est quod non, quia si moueret, iam tui suorum correlatiorum essent inferius & biles superius: & etiam per suam formam iam non moueret elementa nec elementata, sed per suam materiam quod est impossibile.

Quæritur utrum cælum habeat animam motiuam. Et respondendum est quod sic, nam aliter sensitiva & vegetativa non haberent animas motiuas, nec elementa habarent motum.

Quæritur per primam speciem regulæ de E. quare est cælum. Et dicendum est quod

MAGIS. RAYMVN. LVLL.

ex eo quia ex sua forma & materia est con-
stitutum per secundam speciem regulæ E.

Quæritur cælum quare est, & dicendum
est quare ut entia inferiora possint habere
motum. Et hæc de cælo sufficient causa bre-
uitatis,

DE QVÆSTIONIBVS
quarti subiecti, quod
est homo.

QUæritur utrum homo de Deo possit ha-
bere maiorem noticiā affirmando vel
negando, & respondendum est quod affir-
mando: Deus enim non est per illa sine quib-
us ipse est, sed per illa sine quibus esse non
potest.

Quæritur quare homo agit per formam
specificam, vade ad secundam speciem re-
gulae E. & ibi est solutio implicata. Utrum
homo augmentans suos actus augmentet
suam essentiam, & respondendum est quod
nullus homo agit scipsum.

Quæritur quando homo desiderat reco-
lere & non potest recolere, quis istorum de-
ficit prius, aut memoria, aut intellectus, cui
dicendum est quod memoria: ipsa enim

Fij

ARS ILLVMIN. DOCTO.

citius reddit speciem antiquam naturaliter intellectui quam voluntati.

Quæritur anima & corpus quomodo componunt hominem. Et respondendum est quod in homine bonitas corporalis & spiritualis componunt unam bonitatem, & sic de aliis.

Quæritur quid est vita hominis, ad quod respondendum est quod est illa forma quæ est composita ex vegetativa, sensitiva, imaginativa, & rationativa.

Quid est mors hominis, respondendum est quod dissolutio potentie elementariorum vegetativa, sensitiva, imaginativa, rationativa.

Quæritur utrum homo sit visibilis, & dicendum est quod non, visus enim non potest videre nisi colorem & figuram.

Quæritur utrum in homine intellectus & memoria sint eadem potentia. Et respondendum est quod non, quia si essent eadem potentia intellectus iam non esset successivus in acquirendo species, nec traderet illas obliuioni, neque etiam eas ignoraret. Iterum quia nimis esset fortis in obiecto contra libertatem voluntatis. Et hec de homine dicta sufficienter causa breuitatis.

DE QVÆSTIONIBVS
imaginatiuæ.

Vtrum imaginatiua imaginetur imagina-
bilia suo modo sicut sensitiua sensat sen-
sibilia.

Quæritur quæ est causa, quare imaginati-
ua abstrahit species à sensibilibus.

Quæritur quid est imaginatiua, Vtrum
imaginatiua habeat correlatiuos. Vtrum ima-
ginatiua augmentet se augmentando suum
actum. Vtrum imaginatiua sit altior poten-
tia quam sensitiua. Vtrum imaginatiua ha-
beat instinctum & appetitum specificos. Se-
nsitiua per quem modum impedit actum ima-
ginatiuæ. Quare imaginatiua non est ita po-
tens in sensibilibus, vel sensatis sicut sensiti-
ua, valde ad subiectum imaginatiuæ.

Quæritur vtrum sensitiua senset imagina-
tiuam. Et respondendum est quod potentiaz
inferiores non agunt in superioribus.

DE QVÆSTIONIBVS
sensitiuæ.

ARS ILLVMIN. DOCTO,

Quæritur quæ potentia istarum sentiat famen & fitem, aut gustus, aut tactus. Et respondendum est quod illa quæ magis disponit obiectum.

Vtrum gustus sic sentiat famen & fitem cum instinctu & appetitu, sicut vises coloratum cum colore. Vade ad secundam speciem regulæ. E.

Quæritur sensitiva ex quo sensat sensata. Et respondendum est quod quilibet sensus particularis sensat suum obiectum sensibile per formam specificam, sicut subiectum coloratum subsistens cristallo colorat ipsum. Vtrum sensitiva habeat quantitatem punctualem & linealem. Et respondendum est quod sensitiva ita cito attingit obiectum de longe sicut de propè. Vtrum sensitiva sicut habet sensum communem sic habeat communem potestatem instinctum & appetitum.

Quæritur quid est sensitiva. Sensitiva cum quibus est particularis & communis. Sensitiva ex quo vivit & nutritur. Vtrum sensitiva sit sensata, vade ad subiectum sensitivæ.

DE VEGETATIVA.

Vtrum vegetativa agat per speciem suam. Vtrum vegetativa habeat aliqua ratione quorum sit communis & particulatis sicut sensitiva. Vtrum quantitas vegetativa sit punctualis vel linealis.

Quæritur quid est vegetativa, & quid habet in seipsa per secundam speciem regulæ. C.

Quæritur vegetativa ex quo vivit & nutritur & crescit, & in quo subiecto est planata.

Quid est mors vegetativæ: vade ad subiectum vegetativæ in quo solutiones praedictarum questionum sunt implicatae.

DE QVÆSTIONIBVS. VIII.

subiecti quod est elementativa.

Quid est elementativa. Vtrum elementativa habeat multas species sicut sensitiva. Vtrum elementativa habeat suos correlatos. Versu flâma candelæ elemæter licheni lâpadis in seipsa quando ipsum accedit.

F iiiij

A R S I L L V M I N A. D O C T.

Vtrum flamma candelę sic accendat liciniū
cum aere , sicut visus sensat coloratum cum
luce. Vtrum elementatiua sit causa specia-
lis longitudinis, latitudinis, profunditatis,
& plenitudinis. Vtrum elementatiua sit cō-
munis species elementorum. Verum elemē-
tatiua possit esse in subiecto elementis re-
motis ab illo. Vtrum elementatiua sit fons
punctorum linearum & figurarum. Vtrum
elementatiua sic moueat se naturaliter cum
suo instinctu & appetitu, levitate, grauitate,
caliditate, & huiusmodi ; sicut homo scipſū
artificialiter cum pedibus suis. Vtrum ele-
mentatiua possit habere naturam absque
correlatiis substancialibus. Vtrum in ele-
mentatis elementa sint actu. Vtrum elemen-
tatiua habeat continuam quantitatem per
omnia loca sub globo lunari. Vtrum sint
duæ caliditates & duæ seccitates , & duæ al-
bedines & huiusmodi: solutio, vade ad sub-
iectum elementatiæ, & abstrahas ab eo so-
lutiones cum intellectu conditionato & ar-
tificiato per artem istam. Vtrum sit v, ele-
mentum , & respondendum est quod non,
in elementatis quidem sufficiente quatuor
complexiones.

DE QVÆSTIONIBVS. IX.
subiecti & vltimi quod est
instrumentatua.

SVperius iam fecimus quæstiones instru-
mentalitatis naturalis, hic autem volu-
mus facere moralis.

Quæritur quid est moralitas.

Quæritur quid est iustitia, prædентia &c.
Item quæritur quid est avaritia, gula &c.
vade ad nosum subiectum instrumentati-
onē, & agas secundum quod ibi est significa-
tum per eius tractatum. Adhuc quæritur
vtrum iustitia sit bona, & respondendum
est quod sic, quia si non, tunc iniusticia non
esset mala.

Vlterius quæritur utrum iustitia habeat
correlatiōes, & dicendum est quod sic, quia
si non, iam non posset esse habitus, nec ha-
beret aliqua in quibus esset sustentata &
assituata. Et sicut dicitur de istis ita possunt
fieri quæstiones de iusticia per omnia p*ri*-
cipia sua & regulas, & sicut dictum est de
iustitia ita potest dici de aliis habitibus vi-
tutib*s*.

ARS ILLUMIN. DOCTO.

Vtrum vicia simpliciter sint principia pri-
mativa, & respondendum est quod sic, nam
ipsa cum virtutibus nullam conuenientiam
habent in virtutibus quidem agens & agi-
bile, & instrumenta ad inuicem habent con-
cordantiam in obiecto virtuoso, & haec de
moralibus sufficient causa breuitatis: maxi-
mum quia in arte magna de ipsis largius per-
tractauimus.

DE QVAESTIONIBVS centum formarum.

Questiones centum formarum tot me-
dis fieri possunt quod quelibet forma
est differēs in ix. subiectis sicut entitas &c.
que est una forma in Deo, & alia in angelo:
& alia in cēlo &c. sicut quando queritur ut-
rum entitas Dei sit principium ad omnes
entitates. Et respondendum est quod sic, eo
quia sua bonitas est principium ad omnes
bonitates, & sua magnitudo ad omnes ma-
gnitudines, & sua aeternitas ad omnes dura-
tiones: hoc autem non potest dici de entita-
te angeli & celi &c. & ideo forma secundū
quod est diuersa ab aliis est discursua eam
suis principiis & regulis.

Queritur utrum essentia & esse conuer-
tur, & respondendum est quod in deo con-
vercuntur. In deo nihil est superius accidere

rius, sed in angelo & cælo &c, non conueniuntur eo quia esse in illis est per essentiam, ei non econuerso, & ideo in talibus essentia est superius, esse autem inferius.

Quæstiones per vnum modum fieri possunt de vnitate dei, & per alium modum de vnitate angeli, & per alium modum de vnitate cæli &c. Sicut quando queritur utrum competat vnitati Dei vnire infinitum, & respondendum est quod sic, nam absque vnire infinito ipsa vnitas non posset esse infinita: eo quia sua potestas esset finita & ligata, & in eternitate esset ociosa. & sic posset dici de diuina bonitate & magnitudine &c. quod est impossibile.

Si autem queratur de vnitate angelii ut si ei competat vnire, & respondendum est secundum conditiones suæ vnitatis, videlicet quod unus angelus cum alio uniat unum, loqui moraliter obiectuè, vnu amare, vnu intelligere, vnum homificare, non dico quod unus angelus vniat alium angelum, quia non potest vt iam dictum est, nec etiā vnu cælū potest vnire aliud cælū, sed effectuè vnitas celi causat vnitates inferiores, de vnitate autem hominis non est sic, nam unus homo potest vnire alium, generando alium, & sic de aliis suo modo.

ARS ILLUMIN. DOCTO.

Quæritur utrum in Deo sit pluralitas, & respondendum est quod sic respectu suorum correlatiuorum per secundam speciem regulæ. C. significatorum sine quibus non potest habere in se infinitam & eternam operationem bonificando, magnificando, eternificando &c. & sic essent ligatae & ociosæ suæ rationes quod est impossibile, de pluralitate autem angelicæ non est sic: nam angelus compositus est ex iunctis & bilibus respectu simplicitatis diuinæ, & similiter celum iam est magis compositum quam angeli, & homo quam celum.

Quæritur utrum in Deo sit natura, & respondendum est quod sic, ut habeat naturalem recolere, intelligere, & amare, & etiam naturalem bonitatem magnitudinem &c. & ut ipsæ rationes sint ei naturæ les quod producat bonum infinitum & eternum ut competit ei naturæ, de natura autem angelicæ non est sic, nam finita & noua est, veruntamen ei competit naturare eo quia habet species innatas & naturales cum quibus obiectuè & naturaliter obiectat, & sic de natura celi potest dici secundum suum modum & etiam secundum sua principia & regulas

M A G I S T . R A Y M V N . L V L L .
naturales & specificas, cum quibus naturali-
ter & specificè agit.

Et sic de natura aliorum subiectorum po-
test dici suo modo, per ea quæ dicta sunt su-
pra potest artista facere questiones de cen-
tum formis, & soluere eas secundum quoddam
questiones diuersimodè tractantur & deduc-
untur per nouem subiecta intra se differen-
tia conservando cuilibet formæ suam diffi-
nitionem quam superius fecimus.

Et in isto passu cognoscit intellectus per
quem modum est valde generalis ad facie-
dum multas questiones & soluendum illas
per illum modum qui est in evacuatione
tertiæ figuræ, & in multiplicatione quartæ fi-
guræ. Et ideo quis posset numerare questio-
nes & solutiones que fieri possunt, & hec de
questionibus centum formarum sufficiant
causa breuitatis.

DE XII. PARTE QVAE
est de habituatione.

HAE pars est de habituatione huius artis, & ipsa diuiditur in tres partes quatuor prima est de xiiij. partibus in quas hæc pars est diuisa: & illas artista huius artis debet habituare ut ipse sciat applicare quæstionem ad illum locum seu loca quæstioni dispositum seu disposita secundum proportionem materiæ quæstionis: secunda pars est quod habituet modum & processum textus huius artis tenendo modum textus ad probandum & soluendum quæstiones peregrinas illo modo per quæm sunt explicatae in textu sicut vnum exemplum per quod aliud est exemplificatum & declaratum, tertia pars est quod ipse habeat modum multiplicando quæstiones & solutiones ad viam & eandem conclusionem, ut per iii. & iii. figuram & tabulam significatum est, & hæc de habituatione sufficiant causa breuitatis.

MAGIS. RAYMVN. LVLL.

DE. XIII. PARTE QVAE EST de modo docendi hanc artem.

PArs ista diuiditur in quatuor partes.

Prima est ut artista bene sciat alpha betum cordanterus, & figuras, diffinitiones, & regulas atque assituationem tabulæ.

Secunda pars est ut ipse declareret bene textum scolaribus rationabiliter & non liget se cum auctoritatibus aliorum. Et quod scolares perlegant textum, & si dubitauerint in aliquo petant ab artista sive à magistro illud.

Tertia pars est quod magister sive artista faciat quæstiones coram scholaribus & soluat eas rationabiliter secundum artis processum, Nam absque ratione artista non potest bene uti ista arte. Vnde sciendum est quod hęc ars tres amicos habet, videlicet subtilitatem intellectus, & rationæ, & bonam intentionem, sine istis quidem tribus hanc artem nullus adiscere potest.

Quarta pars est quod artista faciat scolari b' quæstioones ut ipsi de illis respondeant:

ARS ILLVMIN. DOCTO.
& dicat illis quod multiplicent rationes ad
vnam & eandem conclusionem , & adhuc
inueniant loca quorum ratione sciant res-
pondere & rationes multiplicare . Si vero
scolares nesciant respondere , nec rationes
multiplicare , nec loca inuenire , tunc tem-
poris magister doceat scolares de predictis.

DE FINE HVIVS LIBRI.

AD honorem & laudem Dei & pa-
blicæ utilitatis finiuit Raymун-
dus hunc librum Pysis in mona-
sterio sancti Dominici in mense Januarij,
in anno domini M. CCCVII. incarnationis Domini nostri Iesu Christi , Cui sit
laus & honor per infinita secula secu-
lorum. Amen.

FINIS.



ad
uc
el
to
nes
m.
tis

10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.

BIBLIOTECA DE CATALUNYA



1000079123

LLULL

Rau

DIPUTACIÓ DE BARCELONA

Biblioteca de Catalunya



Reg.

478.687

16 12°

